CAROLI KRAPF

MAGNI HETRURIÆ DUCIS
ARCHIDUCIS AUSTRIÆ,
ARCHIATRI, ACAD. BOTAN.
FLORENT. SODALIS

EXPERIMENTA

DE

NONNULLORUM RANUNCULORUM
VENENATA QUALITATE, HORUM
EXTERNO ET INTERNO USU.



VIENNÆ AUSTRIÆ,
EX OFFICINA KRAUSIANA
M. DCC. LXVI.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

VIRO

CLARISSIMO, ac CELEBERRIMO

HENR. JOANN. NEPOM. CRANTZ,

S. C. A. MAJESTAT. CONSILIAR. INSTIT. MED. ET MATER. MEDIC. VINDOB. PROF. PUBL. ORD. ACAD. IMP. NAT. CURIOS. ET SOC. BOTAN. FLOR. SODAL.

REI BOTANICÆ PROMOTORI SOLERTISSIMO

In leve Gratitudinis Specimen.

D.

CAROLUS KRAPF.



PRÆFATIO.

Dum anno 1763. *auctoritate Regia per Istriam Austriacam, Corbaviam, Murlachiam proficiscerer floræ littoralis Austriacæ conscribendæ causa, sæpe sæpius mihi observandi occasio fuit plura insecta ex* COLEOPTERIS, HEMIPTERIS, LEPIDOPTERIS, DIPTERISQUE, *ranunculorum delectari floribus. Atque præcipue* Ranunculum *echinatum depascebatur* Meloe *proscarabæus* (a) & Mor-

 del-

(a) LINNAEI *Systema naturæ* Nro. 188. p. 419.

della *aculeata* (b) Bupreſtis *vero viridis* (c) *cum* coccinella *nigra* (d) & *elegantiſſima* Chryſomelæ *ſpecie nondum deſcriptæ* (e) *devorabant Ranunculi napellifolii germina.* Thripem *phyſapum* (f) *cum* Aphide *brunnea germina matura ranunculi ſcelerati deſtruxiſſe vidi.*

Curioſitate rei a me antea nunquam examinatæ inductus deguſtavi, ſatis quamvis timide, unum alterumque horum ranunculorum florem, quos venenatos eſſe audivi, legi, credidi; & docuit me guſtus, flores revera eſſe acerrimos, unde contentus ſimplici hoc experimento, quod tenellorum horum inſectorum guſtus, quiscunque demum ille ſit, perferre queat illa,

quæ

(b) *Ibidem* Nro. 189.

(c) *Ibidem* Nro. 184. p. 410.

(d) Linnaeo *nondum nota.*

(e) *Hanc in ſua Entomologia deſcribet* R. P. Hohenwart. e S. J.

(f) Linnaei *Syſt. natur.* p. 457.

quæ hominis palatum, quamvis durius, acriter afficiunt, rem ulteriore examine prosequi neglexi, mente tunc temporis in collectione herbarum occupatissima.

Rapuit me tamen brevi post admiratio major, neque desiderium fuit minus inquirendi in venenatam ranunculorum naturam, dum armenta in lætis pascentia pratis RANUNCULUM *bulosum, napellifoliumque devorare cernerem.* (g) *Interim primo intuitu ardua, & periculo plena erant experimenta, præsertim cum in proprio ea tentanda viderem corpore, siquidem ratus, quæ fiunt in brutis esse incerta, infida, dolosa.*

Quis enim nisi propriæ vitæ vesanus contemptor, ranunculi speciem, quæ Sardonia *herba* DIOSCORIDI *dicitur, deglutire auderet, dum asserente* DIOSCORIDE *aliisque* mentem adimit vescentibus, & quadam nervorum distensio-

 ne

(g) *Etsi id neget* MILLER in *off. Botanic.*

ne labia in rictum contrahit ita, ut quasi ridendo interimat. (h)

Tamen consideratis stupendis effectibus, quos mercurius sublimatus, causticum sane vehemens, debita methodo datus interne, producit, & incitatus egregiis Magnifici Archiatri STÖRCK *circa nonnullas venenatas plantas inventis, aggressus audaciter propositum fui, neque labor, difficilis quamvis & periculosus, omni caruit successu. Siquidem & vim venenatam ranunculorum detexi, cicuravi, & in usus internos tute & cum bono effectu adhiberi posse didici.*

Experimenta instituì varia, & 700 ultra adhibui herbas eo solum fine, ut forte quoddam invenirem antidotum, cum succum Melissæ a PETRO *Aponensi* laudatum (i) & *succum Melissophylli aceto assumptum*

(h) Lib. 6to. *Commentar.* MATTHIOLI p. 1417.
(i) PETRUS Aponensis *de Venenis* in 8vo.

ptum, ut antidotum ab AETIO *indicatum* (k) *potius nocivum deprehendissem.*

In meis experimentis usus fui Ranunculis: Scelerato, Sardoo, Bulboso, Echinato, Napellifolio, Illyrico, Pthora, Aquatili, Breynino, & Ficaria, *non alia ratione, quam quod illos commodius habere aliis possem.*

Nullas nominatim adjeci curas per hos ranunculos factas, partim quod intentio fuerit demonstrare solum modum, quo ranunculi, acerrimum etsi venenum, tute interne adhiberi queant, partim, quod pauca, quæ hucusque habeo, experimenta, non sufficiant ad convincendos illos animos, quibus in punitionem, nescio cujus delicti, provida natura ingenium dedit ipsimet contradicens rerum veritati.

(k) AETIUS Lib. 13tio.

Non tamen acriter, & pertinaciter unguibus, & roſtris mea experimenta ita defendere volo, ut non forte unum alterumve ſit, quod pro varietate regionis, loci, temporis, guſtus, ventriculi, aliarumque cauſarum, mihi non notarum, aliter inveniatur, quam ego obſervavi, ſcripſi.



Ra-



Ranunculus *Sceleratus*. LINNAEI *Spec. Plant.* N. 619.

Ranunculus Sceleratus. CRANTZ. Fasc. II. *Stirp. Austr.*

Ranunculus palustris apii fol. lævis. C. B. Apium risus. TRAGI.

Ranunculus Sardonius. GESNER.



Planta magnitudinis variæ 1½ cubitum sæpe æquans, *radice* constat ex numerosissimis, tenuibus, perpendicularibus, albis, longis, composita fibris. *Caulis* est te-

tener. extus viridis, interne albus, cavus ſpongioſus, & quo planta major adultior, eo ſpongioſitas notabilior, præcipue radicem verſus. *Folia* inferiora longe petiolata, triloba, caulina in initio adhuc triloba, dein ſimplicia trifida, ſuprema integra. *Calyx* reflexus; flos parvus, ex luteo pallens. *Fructus* oblongus, ovatus, æqualis, glaber, dum maturus, impatiens tactus. (a)

EXPERIMENTA.

1. Planta hæc menſe Majo, quo floret, collecta radices ita mites habet, ut præter ſaporem aſperum nulla acrimonia guſtu detegatur: tute innoxieque deglutitur, editur impune quocunque modo, ſive in acetariis, ſive decocta in aqua, aut jure carnium. Id expertus fui in ranunculo ſcelerato, quem Tergeſti in paludoſis locis prope meum hortulum collegi, atque præterea in illo, qui Vien-

(a) CRANTZ Faſc. IIdo.

Viennæ circa Schönbrun in locis aqua ſtagnante irriguis creſcit notabili copia. Obſervavi tamen nonnunquam in ranunculo hocce, aliis quibusdam in locis collecto, quod guſtu leviuſcula acredo linguam parumper vellicans, cito tamen evanida, ſolo relicto aſpredinis ſenſu detegatur; ita inveni in illo, qui prope viam villæ Baumgarten creſcit, & præterea in Iſtria Auſtriaca.

2. Si radices vellicante ſapore pollentes parumper in aqua decoquantur, molles, mitiſſimæ, orbæ etiam aſpredine fiunt; confeſtas quocunque modo innoxias deprehendi copia quamvis non exigua, aliquoties enim a me & crudæ & coctæ viginti radiculæ deglutitæ fuerunt.

3. Si deguſtetnr caulis, notabilis invenitur quoad ſaporem differentia in eodem etiam caule; nam quo radiculis propior, eo acredo mitior, quo floribus vicinior, eo acredo urentior; major præterea acredo urens ineſt junioris plantæ cauli, quam jam adultæ, & fructificationi proximæ;

to-

totus ſiquidem caulis radicem verſus fungoſus, exſuccus, & inſipidus tempore fructificationis eſt, & deglutitus impune a ventriculo fertur. Experimentum a me, & excurſionis botanicæ Sociis in Carniolia repetitum aliquoties fuit, absque omni in corpore obſervabili mutatione.

4. Folia craſſa, pinguia, ſucculenta ſunt, parumper inter dentes contrita, linguam urente, cauſtica, intolerabili acredine afficiunt, dolore diu perſeverante, maximaque copia ſalivam alliciunt; ſi parum longiori tempore poſt perceptum dolorem in ore retineantur, vel experimentum ſæpius reiteretur eadem die (neque neceſſe eſt, ut experimentum unum poſt alterum illico repetatur) lingua inflammatur, excoriatur, ruberrimis elevatis proſtantibus papillis, ſumme dolentibus, quin imo & apex linguæ hinc inde fiſſus obſervatur, guſtu privatur, & tota linguæ anterior pars ſtyptica quadam, ingrata valde aſperitate laborat, ab omnibus fere cibis exaſperata. Ingrato-

ſi-

mul dolore afficiuntur dentes, obtusus illos tenet stupor cum vellicatione, & gingivæ pariter ruberrimæ, dolentes, ad attactum fundunt sanguinem. Molesta hæc symptomata octo, decem, perseverant dies, præsertim gustus depravatio & styptica aspredo in parte anteriori linguæ. Sanationis instantis signum est sensus in lingua perceptus talis, qui ab amylo linguæ applicato oritur.

5. Si flos integer, comprehensus calyce, corolla, staminibus, atque germinibus gustetur, longe major urens dolor percipitur, multoque citius, quam in prioribus ranunculi scelerati partibus jam recensitis. Hæc tamen acredinis vehementia in solis fere germinibus, paucissima vel nulla in reliquis floris partibus observatur. Mala in lingua, dentibus, & gingivis paulo ante *numero quarto* enarrata sæviora fiunt a floribus, pertinaciusque perseverant. Caute igitur cum illis experimenta instituenda.

6. Folium parumper contusum, & parti laterali cujuscunque digiti al-

liga-

ligatum, poſt mediam circiter horam leviſſimum excitat pruritum, qui increſcit ſenſim; abjecto vero apparatu toto brevi poſt perceptum pruritum, cutis vix colore mutata apparet, neque dolor fere ullus ſenſibilis eſt; pedetentim tamen rubeſcit cutis, levisque ſe aſſociat pruritus, qui etſi non increſcat multum, neque notabilem faciat moleſtiam, etiam tenello infanti haud incomodam: tamen poſt duodecim horas veſica aqua pleniſſima, ſimilis illi, quam applicatum producit veſicatorium, cernitur in loco, ubi rubebat antea cutis.

7. Idem effectus accidit ab applicatis floribus, ea tamen differentia, ut & citius percipiatur pruritus, citiusque oriatur veſica aqua turgens.

8. Sive folia ſive flores diutius in loco relicta, quam ad primum perceptum pruritum, dolorem excitant ſucceſſive fortem, urentem, veſicatorio tamen emplaſtro ex cantharidibus parato minorem, & intra paucas horas adeſt veſica aqua plena, multo citius viſenda a floribus, quam foliis.

9. Veſica hæc aperta ichorem flaveſcentem, acrem tenuem plorat magna copia, atque diu, neque citius curari poteſt, quam ubi ichor ſpiſſior factus puri magis fit analogus. Pertinax tale ſanioſum ſuperficiale ulcus quibusvis fere notis reſiſtit remediis conſolidantibus; balſamus peruvianus ex omnibus, quæ tentavi, fere ſolus bonum præſtitit effectum, primo tamen locum, dum applicatur, ardore afficit notabili, ſed brevi evanido, & tunc mitigat pulchre dolorem fere continuum in aperto ulcere, & citius ad conſolidationem perducit, præcipue ſi quotidie bis applicatus fuerit.

10. Pertinaciter reſiſtit ulcus a ranunculi floribus applicatis tam diu, donec veſica orta fuerit; tribus, quatuor reſiſtere ſeptimanis cum ſummo meo incommodo, & non exiguo dolore expertus ſum.

11. Si vero veſica non aperiatur inſtrumento, neque attritu rumpatur, ſenſim circumferentia rubra, & dolens minuitur, & ſi non valde la-

ta, & magna veſica ſit, intra ſex, ſeptemve dies collabi, & exſiccari incipit, neque dimidium doloris percipitur toto tempore, quo veſica perſtat, & tunc abſcedit cuticula calloſa jam infra renata alia.

12. Neque multum nocet, ſi veſica aperiatur, vel caſu per attritum rumpatur, ſi jam ſemel pruritus remiſit, & circumferentia rubra dolens, inflammationis ſignum evanuit; conſolidatio fere æque cito fit, quam ſi integra manſiſſet veſica.

Veſiculæ exiguæ valde, etſi aperiantur, citius tamen majoribus conſolidantur, neque refert multum, ſive hoc, ſive illud notum conſolidans applicueris remedium; ita in me expertus ſum; nam quæcunque hucuſque ſcripſi experimenta, in proprio feci corpore.

13. Si flores vel folia applicentur verrucis digitorum manus prius emollitis, & ſummitate uſque ad vivas partes, & leviuſculum ſtillicidium ſanguinis ablata per inſtrumentum chirurgicum, vel alium acutum cul-

tel-

tellum, vel forfices, dolor producitur urentiſſimus & fere intolerabilis, & ſi diutius relinquantur, periculoſa inflammatio, fere totum occupans digitum, doloris ſenſu ſummo per totam manum ad humerum uſque ſe extendente, cum magna pulſatione, & locus undique in veſicam elevatur; verruca tamen non aufertur, niſi valde ſuperficialis ſit radix ejus, ut ſuppuratione ſubſequa poſſit deſtrui, atque ulcus ex hoc experimento moleſtiſſimo natum, ſanatu difficillimum fuit, quatuor ſeptimanis continuo ichoris acerrimi copiam notabilem fundens.

14. Planta recens, viridis, abjectis radiculis contuſa in mortario ſpiritum ſpargit inodorum quidem, volatilem tamen multum, & ita acrem, ut nares, oculosque feriat notabiliter, & ſi in loco anguſtiori hæc contuſio plantæ inſtituatur, majori præſertim copia, ſternutationem, lacrymationemque in adſtantibus procreat. Volatilis hic ſpiritus citiſſime per totam cameram diffunditur, &

etiam ſat eminus ſtantium nares, oculos, palatumque ferit, vellicat.

15. Idem quoque accidit, licet debilius, ſi herba recens inter digitos conteratur, & naribus, vel oculis admoveatur, quin imo ſola manipulatio herbæ longior, quamvis leviſſima contrectatione manuum inſtituta, irritat nares, oculos, fauces, in cubili ſat etiam amplo, & aëri pervio.

16. Si ſuccus expreſſus, qui profunde viridis eſt, applicetur linguæ apici in pauciſſima tantum quantitate, brevi poſt urens in lingua oritur dolor ſimilis, imo fortior, quam deguſtata faciunt folia *Nro. 4to.* & flores *Nro. 5to.* Pertinax hic dolor eſt, neque facile, affluente maxima licet copia, & diu ſaliva, ablui & mitigari poteſt.

17. Si vero ſuccus expreſſus in aëre aperto relinquatur tam diu, donec exſiccetur, mitis fit adeo, ut ad magnam copiam inſtar alterius innocentis ſucci herbæ recentis ore volvi, & deglutiri poſſit.

Ita

Ita quoque tota mitefcit herba, dum exficcata eft per folum aërem, nullum dat vel minimum acredinis fignum; quamvis guftata, mafticata, ore diu voluta, deglutita magna copia.

18. Si fuccus *Nro.* 16. expreffus leni igne infpiffetur in formam extracti, exhalat fpiritus, narium vellicatione percipiendus, & fuccus, quo fit fpiffior eo evadit mitior, inertiffimus, ubi in formam extracti redactus fuerit, fapore tunc Spinachiæ fuccum infpiffatum referens potius, quam acris ranunculi productum.

Si hoc extractum potui theato, vel & juri carnium mifceatur, ad maximam copiam fumi poteft, & cum jure carnium admifto butyro, fale, & fimilibus condimentis, ita gratum fit, ut cibi nutrientis inftar comedi queat, & a me aliquoties affumptum fuerit.

19. Si herbæ junioris, vel & florum ad maturefcentiam tendentium, manipuli duo in aquæ libra una per duas horas decoquantur, herba vel &

flores tunc deguſtati ſunt dulces, omni acredine privi, & oleracei inſtar cibi cum debitis condimentis edi poſſunt, quod a paſtoribus ſylveſtrium Murlachiæ locorum factum quoque vidi. Decoctum quamvis aqua ad duas tertias partes diſſlata manet limpidum, flaveſcentis non ingrati coloris, ſaporis grate dulcis, demulcentis, amabilius fere liquiritiæ decocto, in tuſſi ab acri ſtimulo, ab excoriatione, vel catarrho incipiente producta, bonum mihi præſtitit perſæpe effectum.

20. Si vero decoctum hoc nonniſi una hora ignis vim expertum fuerit, dulce quidem & demulcens primo guſtu eſt, vellicat autem paulo poſt linguam fortiter, ita tamen, ut perferri acredo poſſit, neque linguam lædat, relicta ſolum aſpredine linguæ cum quadam oris ſiccitate.

21. Infuſum omnium acerrimum eſt, urens, inflammans, erodens linguam, & inter infundendum vapor aſcendit irritans fortiter oculos & nares, ſi propius admoveantur,

quod

quod & tempore decoctionis obſervatur.

22. Infuſum hoc per 5. 6. imo 8. etiam dies retinet vim acrem, urentem, ſucceſſive tamen minorem, & tandem evaneſcentem; permanet autem dulcedo palato grata, ſed minor, quam in decocto *Nro.* 19.

23. Folioli recentis medietas, vel & floſculus unus parumper contuſus, a me poſt lautum prius aſſumptum prandium deglutitus (jejuno enim ſtomacho id facere vetabat mortis timor) in diverſis abdominis partibus produxit dolores ingratiſſimos, miros, ad nullam notam dolorum ſpeciem facile reducendos, acutos tamen cum levibus deliquiis, & internarum abdominis partium convulſivis velut agitationibus, diu perſeverantibus, perceptis quadrante circiter horæ poſt deglutitionem. Balſamus peruvianus ad 15. guttas aſſumptus levamen attulit, & penitus dolores tandem delevit hauſtus aquæ fontanæ doſi libr. 1. repetitis vicibus, intervallo ſex circiter minutorum inter quemli-

libet hauſtum interpoſito. Balſamum peruvianum aſſumpſi, dum jam per mediam circiter horam durarent moleſti dolores.

24. Eosdem numero priori notatos effectus fecerunt duæ guttulæ ſucci *Nro.* 16. deſcripti, licet æque poſt prandium prius aſſumptum deglutitæ fuiſſent, hac tamen differentia, quod per totum œſophagi tractum urens, convulſivus dolor ſe extenderet, & balſamus peruvianus media hora poſt exortum dolorem aſſumptus, urentem per totum œſophagum auxit dolorem, brevi tamen evanaſcentem. Eadem quantitate aquæ hauſta, ut paulo ante innui, ceſſarunt ſucceſſive incommoda, majora tamen iis, quæ foliolum & flos produxere. Durationem perſeverantem dolorum poſt aſſumptum balſamum, & aquam accurate non notavi, plenus timore malorum tempus ad horologium menſurare non ſollicitus fui, neque tunc id facere mihi venit in mentem, ſed confuſus & anxius dolebam tantum, me adeo temerarium

fuiſ-

fuisse, & metuebam, ne totus tractus œsophagi inflammaretur, eroderetur, ut lingua *Nro. 4to.* Forte levis excoriatio facta fuit, nam per sex dies continuo dolebat œsophagus ingrate, & a cibis salsis, vino, aceto, saccharo potui theæ, vel Caffeæ admisto, augebatur.

25. Succus recens expressus ad quantitatem unc. semis faucibus infusus cani, cui per tres dies nonnisi exigua quantitas panis data fuit, aqua vero omnis interdicta, assumpto tamen succo illico oblata, & summo desiderio in maxima quantitate hausta, nullos effectus sensibiles fecit, nisi quod canis non ita avide postea assumpserit oblatum assum, ut ego speraveram.

26. Repetito post aliquot dies experimento, & per duas horas denegata aqua post intrusum succum, canis fiebat anxius, vomebat, se agitabat, clamabat, & oblata quamvis aqua & affatim potata nihil melius habuit, revomuit, se contorsit, & inquietissimus noctem transegit; sclo-

peto occisus, diffracto a globulo plumbeo capite, & examinatus calidus adhuc, ventriculum habuit contractum, in variis locis inflammatum, ruberrimum, erosum in interna superficie papillis ruberrimis notabiliter prostantibus; vesiculas aqueas tamen nullas observavi. Pylorus erat tumidus rubro livescens, arctatus capacitate ita, ut vix pervius appareret.

27. Succus expressus *Nro. 4to.* admisceatur aceto: mixtura fit acerrima, vehementior multo, quam simplex ranunculi succus; idem facit vinum, augendo nempe acrimoniam urentem ranunculi; dein cerevisia, minus tamen ambo, quam acetum. Saccharum & mel fere æque intendunt ranunculi vehementiam, ut acetum. Simile quoque facit sal, spiritus vini quicunque, spiritus nitri, salis communis, vitrioli, & in genere fere omnia, quæ aliquem saporem linguæ imprimunt. Neque oleum, neque lac, neque butyrum multum acrimoniam minuunt, si æquali portione misceantur.

28. Succus expreſſus *Nro.* 4*to.* admiſceatur æquali quantitati aquæ fontanæ, guſtu ſit mitior, non tamen ita mitis, ut in ore tolerari absque læſione poſſit: quo autem pluri quantitate aqua admiſcetur, eo magis mitigatur ſucci acredo, ea quidem ratione, ut drach. ſemis ſucci cum unc. ſex aquæ miſta libere & tute deglutiri poſſit. Id non ſolum ego ſæpe, & Medicus Fluminenſis doctiſſimus Dominus PATUNA probavimus, ſed & aliis hæc aqua cum ſanis, tum ægris impune data fuit, & hoc modo ranunculi ſcelerati acrimonia venenata utilis, & medicata reddi poteſt augendo plus minus ſuccum admiſtum aquæ vel potui theato, ut ſtimulante quidem virtute, innocua tamen, minimos corporis mæandros permeando ſolvat morbos, quos forte nullum hodie cognitum remedium tollere valet. Melius tamen ſucco, ægrisque gratius auxilium dat decoctum, quod per durationem majorem minoremve decoctionis (*Nro.* 19. 20.)

ma-

magis, minusque penetrans reddi potest.

29. Fortitudo quoque stimuli & acredinis augetur, si decocto, vel infuso, vel succo admisceatur saccharum, increscens proportionate ad quantitatem præsentis acrimoniæ, ita quidem, ut omnium mitissimum decoctum evadat stimulans, tolerabile tamen, & plus minus tolerabile fiat, quo mitius vel acrius decoctum fuit ante admistionem Sacchari.

Eundem effectum etiam mel facit, acetum, vinum, spiritus acidi minerales, qui vehementiam acredinis intense augent, item Castoreum, quod tamen ut antidotum laudat AETIUS Lib. 13.

30. Si decocto vel infuso instillentur aliquot guttæ olei tartari per deliquium, color fit saturatius flavus, manet tamen utcunque limpidus; acrimonia vero non mitescit, sed major exoritur; si dein huic misturæ instillentur duæ, tres, guttæ spiritus nitri, vel vitrioli, turbatur illico mixtura, color primo brunus oritur, dein

dein nigrescit, & ad fundum deponuntur membranulæ notabili copia coloris primo bruni, dein nigræ factæ; decoctum tunc acre est æque ut ante, sapor tamen acrimoniæ alius evadit, quam qui in puro infuso aut decocto est. Hæc mutatio coloris, & turbatio decocti etiam accidit, si prius admisto spiritu minerali affundatur oleum tartari per deliquium. Notandum tamen, quod a sola affusione spiritus acidi mineralis non intendatur color flavus, ut ab oleo tartari per deliquium contigit, sed claritas, & pallidus flavus color permanet immutatus.

31. Si infuso vel decocto admisceatur acetum, mixtura non turbatur, neque color mutatur, cui si postea instillentur nonnullæ guttæ olei tartari per deliquium, color parum fuscior fit illico, minusque limpida est infusio, & versus fundum multæ lamellæ gryseæ natare observantur, quæ postea, uti & in priori experimento, in fundo collectæ, adunatæ insipidæ sunt, & terrestres

cum

cum craſſioribus herbæ partibus miſtæ eſſe videntur.

32. Ranunculus recens deſtillatione ſicca dat liquorem acerrimum fortius ipſis floribus deguſtatis linguam afficientem, qui Tincturam violarum, nec viridem, nec rubeam efficit, miſtus tamen aquæ plus minus debilis redditur, prout major vel minor illius quantitas admiſcetur: Libræ duæ aquæ ita minuunt drach. ſemis hujus liquoris acrimoniam, ut innocue interne adhiberi poſſit. Externe quoque utilis in fiſtuloſis, calloſis ſinubus ulcerum, ubi detergendum, ſtimulandum, ut partes mortuæ auferantur, calloſitas tollatur, fibræ debiles irritentur, affluxus humorum promoveatur, & ſic ablata facilius reſtituantur, redintegrentur.

33. Poteſt hic ſpiritus *Nro.* 32. ſi ita dicere licet, diu aſſervari, ſi vas bene claudatur, perdit tamen ſucceſſive ſuas vires, effœta fit aqua. Per tres menſes conſervavi forti acri-

monia pollentem in loco frigido, vitro arena circumdato.

34. Herba ablato hoc spiritu *N.* 32. acri fit mitissima, dulci, fatuo parumper sapore solum prædita, cæterum innoxia, & ad usus medicos inutilissima.

35. Si ranunculi scelerati folia vel flores masticentur tamdiu, donec dolor jam fortior in lingua, percipiatur, & postea ejecto ranunculo illico folium acetosæ masticetur per momentum intenditur dolor, postea tamen statim omnis deletur. Experimentum 100es tentatum, 100es succedit, dummodo a frequentiori degustatione nondum sit erosa lingua, tunc potius acetosa dolorem auget, uti omnia alia, quæ saporem quamvis gratissimum habeant.

36. Si ranunculi scelerati folium vel flos cum folio acetosæ simul masticetur, dolor in ore vel minor oritur, & perferendus, vel nullus, si commistio harum duarum herbarum in ore bene fiat.

37. Baccæ ribesiorum immaturæ etiam mitigant dolorem ortum a degustato ranunculo scelerato, vel cum illo masticatæ, penitus tamen, ut Rumex acetosa, non delent.

38. Si acetosa tripla copia ranunculo scelerato mista contundatur in mortario, & succus dein expressus gustetur, mitis est sapore, nulla nota acrimoniæ ranunculi propria imbutus, tute ore volvi, & deglutiri potest ad uncias etiam duas, ut reiteratis in me ipso probavi vicibus. An majori queat copia ingeri absque noxa, ignoro, cum non tentaverim; censeo tamen tale quid impune fieri posse. Hoc & faciunt ribesia immatura, sed majori eorum copia, sextupla fere, opus.

39. Si vero succo ranunculi succus acetosæ commisceatur triplo quamvis majori copia, nulla inde resultat mitigatio urentis acredinis; auctior potius & penetrantior dolor in lingua inde oritur. Magis adhuc intendit acrimoniam succus ribesiorum admistus ranunculi succo, etsi

mul-

multo pluri copia. Neque ſuccus acetoſæ illico applicatus linguæ, poſtquam ranunculus dolorem excitavit deguſtatus doloris ſenſum minuit, quod tamen facit folium *Nro.* 35.

40. Neque diminuit ranunculi acrimoniam ſuccus Meliſſophylli purus, neque acetum admiſtum, ut perhibet AETIUS (a), neque ſuccus meliſſæ ex aceto, ut refert PETRUS Aponenſis (b), quæ omnia maxime vim venenatam hujus ranunculi augent; neque denique ulla ex illis plantis omnibus, quas probavi, ſequentibus ſecundum genera & ſpecies plantarum LINNAEI enumeratis.

EX MONANDRIIS MONOGYNIIS.

1. *Salicornia* europæa.
2. *Hippuris* vulgaris.
3. *Callitriche* verna.
4. *Blitum* capitatum.
5. *Blitum* virgatum.

(a) Lib. 13. (b) de Venenis.

EX DIANDRIIS MONOGYNIIS.

6. *Jaſminum* officinale.
7. *Jaſminum* humile.
8. *Jaſminum* odoratiſſimum.
9. *Liguſtrum* vulgare.
10. *Phillyrea* anguſtifolia.
11. *Olea* europæa.
12. *Veronica* ſpicata.
13. *Veronica* hybrida.
14. *Veronica* officinarum.
15. *Veronica* bellidioides.
16. *Veronica* ſerpillifolia.
17. *Veronica* beccabunga.
18. *Veronica* anagallis.
19. *Veronica* chamædrys.
20. *Veronica* arvenſis.
21. *Veronica* verna.
22. *Veronica* hederæfolia.
23. *Gratiola* officinarum.
24. *Verbena* officinarum.
25. *Lycopus* europæus.
26. *Roſmarinus* officin.
27. *Salvia* officinalis.
28. *Salvia* viridis.
29. *Salvia* horminum.
30. *Salvia* ſylveſtris.

31, *Sal-*

31. *Salvia* pratenſis.
32. *Salvia* glutinoſa.
33. *Salvia* ſclarea.

EX TRIANDRIIS MONOGYNIIS.

34. *Valeriana* officinalis.
35. *Valeriana* dioica.
36. *Valeriana* tripteris.
37. *Valeriana* montana.
38. *Valeriana* phu.
39. *Crocus* ſativus.
40. *Gladiolus* communis.
41. *Iris* germanica.
42. *Iris* aphylla.
43. *Iris* biflora.
44. *Iris* pumila.
45. *Iris* Pſeudacorus.
46. *Iris* verna.
47. *Iris* graminea.
48. *Iris* tuberoſa.
49. *Schœnus* aculeatus.
50. *Cyperus* arundinaceus.
51. *Cyperus* ſquarroſus.
52. *Cyperus* rotundus.
53. *Cyperus* elatus.

54. *Cyperus* elegans.
55. *Cyperus* pumilus.
56. *Scirpus* paluſtris.
57. *Scirpus* fluitans.
58. *Scirpus* lacuſtris.
59. *Scirpus* holoſchœnus.
60. *Scirpus* dichotomus.
61. *Scirpus* corymboſus.
62. *Scirpus* miliaceus.
63. *Scirpus* maritimus.

EX TRIANDRIIS DIGYNIIS.

64. *Panicum* alopœcuroides.
65. *Panicum* polyſtachion.
66. *Panicum* italicum.
67. *Panicum* colonum.
68. *Panicum* miliaceum.
69. *Phleum* pratenſe.
70. *Phleum* arenarium.
71. *Alopecurus* pratenſis.
72. *Milium* effuſum.
73. *Milium* confertum.
74. *Agroſtis* ſepium.
75. *Agroſtis* miliacea.
76. *Agroſtis* calamagroſtis.
77. *Aira* minuta.

78. *Aira* ceſpitoſa.
79. *Poa* trivialis.
80. *Poa* pratenſis.
81. *Poa* nemoroſa.
82. *Briza* minor.
83. *Briza* eragroſtis.
84. *Cynoſurus* criſtatus.
85. *Feſtuca* ovina.
86. *Feſtuca* amethyſtina.
87. *Feſtuca* bromoides.
88. *Feſtuca* decumbens.
89. *Bromus* ſecalinus.
90. *Bromus* purgans.
91. *Bromus* arvenſis.
92. *Stipa* avenacea.
93. *Avena* ſativa.
94. *Avena* pratenſis.
95. *Avena* ſpicata.
96. *Hordeum* vulgare.
97. *Hordeum* diſtichon.
98. *Triticum* æſtivum.
99. *Triticum* hybernum.

EX TETRANDRIIS MONOGYNIIS.

100. *Globularia* vulgaris.
101. *Dipſacus* fullonum.

102. *Scabiosa* leucantha.
103. *Scabiosa* succisa.
104. *Scabiosa* integrifolia.
105. *Scabiosa* arvensis.
106. *Scabiosa* maritima.
107. *Galium* verum.
108. *Galium* mollugo.
109. *Galium* purpureum.
110. *Galium* aparine.
111. *Crucianella* angustifolia.
112. *Rubia* tinctorum.
113. *Plantago* major.
114. *Plantago* lagopus.
115. *Plantago* media.
116. *Plantago* maritima.
117. *Plantago* coronopus.
118. *Plantago* psyllium.
119. *Sanguisorba* officinarum.
120. *Camphorosma* Monspeliacum.
121. *Alchemilla* vulgaris.
122. *Cuscuta* europæa.

EX TETRANDRIIS DIGYNIIS.

123. *Potamogeton* natans.

EX PENTANDRIIS MONOGYNIIS.

124. *Myoſotis* Scorpioides.
125. *Lithoſpermum* officinale.
126. *Lithoſpermum* arvenſe.
127. *Anchuſa* officinarum.
128. *Cynogloſſum* officinarum.
129. *Pulmonaria* officinarum.
130. *Symphytum* officinarum.
131. *Cerinthe* echioides.
132. *Cerinthe* maculata.
133. *Borago* officinarum.
134. *Lycopſis* veſica
135. *Echium* vulgar
136. *Androſace* Hall
137. *Primula* veris.
138. *Auricula* farinoſa.
139. *Auricula* integrifolia.
140. *Cyclamen* europæum.
141. *Menyanthes* trifoliat.
142. *Lyſimachia* vulgaris.
143. *Lyſimachia* nemorum.
144. *Anagallis* arvenſis.
145. *Convolvulus* arvenſis.
146. *Convolvulus* ſepium.
147. *Convolvulus* ſoldanella.

148. *Campanula* uniflora.
149. *Campanula* rapunculus.
150. *Campanula* perſicifolia.
151. *Campanula* pyramidalis.
152. *Campanula* trachelium.
153. *Campanula* perfoliata.
154. *Campanula* ſpeculum.
155. *Samolus* valerandi.
156. *Lonicera* caprifolia.
157. *Lonicera* periclimenum.
158. *Verbaſcum* blattaria.
159. *Verbaſcum* lychnitis.
160. *Verbaſcum* phlomoides.
161. *Datura* ſtramoneum.
162. *Hyoſciamus* niger.
163. *Hyoſciamus* puſillus.
164. *Hyoſciamus* albus.
165. *Nicotiana* tabacum.
166. *Atropa* belladona.
167. *Phyſalis* alkekengi.
168. *Solanum* dulcamara.
169. *Solanum* nigrum.
170. *Rhamnus* catharcticus.
171. *Rhamnus* alpinus.
172. *Rhamnus* frangula.
173. *Rhamnus* paliurus.
174. *Rhamnus* zizyphus.

175. *Evonimus* europæus.
176. *Ribes* folia, rubrum.
177. *Ribes* groſſularia.
178. *Hedera* helix.
179. *Vitis* vinifera.
180. *Vitis* labruſca.
181. *Glaux* maritima.
182. *Theſium* linophyllum.
183. *Vinca* minor.
184. *Nerion* oleander.

EX PENTANDRIIS DIGYNIIS.

185. *Aſclepias* vincetoxicum.
186. *Chenopodium* bonus Henricus.
187. *Chenopodium* urbicum.
188. *Chenopodium* murale.
189. *Chenopodium* vulvaria.
190. *Chenopodium* ſcoparia.
191. *Chenopodium* maritimum.
192. *Beta* vulgaris.
193. *Salſola* kali.
194. *Salſola* tragus.
195. *Ulmus* campeſtris.
196. *Sanicula* europæa.
197. *Aſtrantia* major.
198. *Aſtrantia* minor.

199. *Daucus* carota.
200. *Ammi* majus.
201. *Selinum* ſylveſtre.
202. *Selinum* paluſtre.
203. *Peucedanum* officinarum.
204. *Peucedanum* ſilaus.
205. *Crithmum* maritimum.
206. *Ferula* nodiflora.
207. *Laſerpitium* ſiler.
208. *Heracleum* ſphondylium.
209. *Heracleum* auſtriacum.
210. *Liguſticum* leviſticum.
211. *Liguſticum* auſtriacum.
212. *Angelica* ſylveſtris.
213. *Angelica* archangelica.
214. *Sium* ſiſarum.
215. *Cuminum* cyminum.
216. *Phellandrium* aquaticum.
217. *Cicuta* viroſa.
218. *Æthuſa* cynapium.
219. *Coriandrum* ſativum.
220. *Scandix* pecten.
221. *Chærophyllum* ſylveſtre.
222. *Chærophyllum* aromaticum.
223. *Seſeli* pimpinelloides.
224. *Seſeli* ſaxifragum.
225. *Paſtinaca* ſativa.

226. *Pimpinella* ſaxifraga.
227. *Apium* petroſelinum.
228. *Ægopodium* podagraria.

EX PENTANDRIIS TRIGYNIIS.

229. *Rhuſ* Cotinus.
230. *Viburnum* opulus.
231. *Viburnum* acerifol.
232. *Viburnum* tinus.
233. *Sambucus* ebulus.
234. *Sambucus* nigra.
235. *Sambucus* racemoſa.
236. *Telephium* imperati.
237. *Alſine* media.
238. *Alſine* ſegetalis.

EX PENTANDRIIS PENTA-GYNIIS.

239. *Linum* uſitatiſſimum.
240. *Linum* tenuifolium.
241. *Linum* maritimum.
242. *Linum* catharticum.

EX HEXANDRIIS MONOGY-NIIS.

243. *Galanthus* nivalis.

244. *Leucojum* vernum.
245. *Narcissus* poëticus.
246. *Narcissus* tazetta.
247. *Allium* porrum.
248. *Allium* lineare.
249. *Allium* sativum.
250. *Allium* scorodoprasum.
251. *Allium* vineale.
252. *Allium* oleraceum.
253. *Allium* cepa.
254. *Allium* moly.
255. *Lilium* chalcedonicum.
256. *Lilium* martagon.
257. *Lilium* bulbiferum.
258. *Lilium* candidum.
259. *Erythronium* dens canis.
260. *Tulipa* sylvestris.
261. *Tulipa* Gesneri.
262. *Ornithogalum* luteum.
263. *Scilla* maritima.
264. *Scilla* Lil. hyacinthus.
265. *Scilla* italica.
266. *Scilla* bifolia.
267. *Anthericum* asphodelus.
268. *Asparagus* officin.
269. *Asparagus* acutifolius.
270. *Asphodelus* luteus.

271. *Convallaria* majalis.
272. *Convallaria* verticillata.
273. *Convallaria* polygonatum.
274. *Hyacinthus* non ſcriptus.
275. *Hyacinthus* cernuus.
276. *Hyacinthus* muſcari.
277. *Hyacinthus* monſtroſus.
278. *Aloe* variegata.
279. *Juncus* acutus.
280. *Juncus* ſquarroſus.
281. *Juncus* campeſtris.
282. *Juncus* bufonius.
283. *Berberis* vulgaris.
284. *Peplis* portula.

EX HEXANDRIIS TRIGYNIIS.

285. *Rumex* maritimus.
286. *Rumex* acutus.
287. *Rumex* ſpinoſus.
288. *Triglochin* maritimum.
289. *Colchicum* autumnale.

EX POLYGYNIIS.

290. *Aliſma* plantago.
291. *Aliſma* damaſonium.

EX HEPTANDRIIS MONOGYNIIS.

292. *Æſculus* hippo-caſtanum.

EX OCTANDRIIS MONOGYNIIS.

293. *Erica* vulgaris.
294. *Daphne* mezereum.
295. *Daphne* thymelæa.
296. *Daphne* laureola.
297. *Daphne* cneorum.

EX OCTANDRIIS TRIGYNIIS.

298. *Polygonum* biſtorta.
299. *Polygonum* perſicaria.
300. *Polygonum* aviculare.
301. *Polygonum* fagopyrum.
302. *Polygonum* convolvulus.
303. *Polygonum* ſcandens.

EX OCTANDRIIS TETRAGYNIIS.

304. *Paris.*
305. *Adoxa* moschatellina.

EX ENNEANDRIIS MONOGYNIIS.

306. *Laurus.*

EX DECANDRIIS MONOGYNIIS.

307. *Dictamnus* albus.
308. *Ruta* graveolens.
309. *Pyrola* rotundifolia.

EX DECANDRIIS DIGYNIIS.

310. *Saxifraga* cotyledon.
311. *Saponaria* officin.
312. *Dianthus* barbatus.
313. *Dianthus* armeria.
314. *Dianthus* caryophyllus.
315. *Dianthus* plumarius.

EX DECANDRIIS TRIGYNIIS.

316. *Drypis* ſpinoſa.
317. *Stellaria* nemorum.
318. *Arenaria* ſaxatilis.
319. *Arenaria* tetraquet.

EX DECANDRIIS PENTAGY-NIIS.

320. *Sedum* telephium.
321. *Sedum* acre.
322. *Sedum* verticillatum.
323. *Sedum* anaçampſeros.
324. *Lychnis* flos cuculi.
325. *Lychnis* viſcaria.
326. *Ceraſtium* vulgatum.
327. *Ceraſtium* viſcoſum.
328. *Spergula* arvenſis.

EX DODECANDRIIS MONO-GYNIIS.

329. *Aſarum* europæum.
330. *Portulaca* oleracea.

EX DODECANDRIIS DIGYNIIS.

331. *Agrimonia* eupatoria.
332. *Agrimonia* agrimonoides.

EXDODECANDRIIS TRIGY-NIIS.

333. *Reſeda* luteola.
334. *Reſeda* alba.

335. *Euphorbia* tithymalus.
336. *Euphorbia* peplis.
337. *Euphorbia* verrucoſa.
338. *Euphorbia* eſula.
339. *Euphorbia* cyparyſſus.

EX DODECANDRIIS DODECAGYNIIS.

340. *Sempervivum* tectorum.

EX ICOSANDRIIS MONOGYNIIS.

341. *Philadelphus* coronar. fol. flor.
342. *Myrtus* communis. fol. flor.
343. *Punica* granatorum. flor. fol. fruct.
344. *Amygdalus* perſica. fol. flor.
345. *Amygdalus* communis. fol. flor.
346. *Prunus* padus. fol.
347. *Prunus* machaleb. fol. flor.
348. *Prunus* armenia. fol. flor.
349. *Prunus* ceraſus. fol. flor. fruct.
350. *Prunus* domeſtica. fol. flor.
351. *Prunus* inſititia. fol. flor.
352. *Prunus* ſpinoſa. fol. flor.

EX ICOSANDRIIS DIGYNIIS.

353. *Cratægus* aria.
354. *Cratægus* torminalis.
355. *Cratægus* oxyacantha.
356. *Cratægus* azarolus.

EX ICOSANDRIIS TRIGYNIIS.

357. *Sorbus* aucuparia.
358. *Sorbus* domeſtica.

EX ICOSANDRIIS PENTA-GYNIIS.

359. *Meſpilus* germanicus.
360. *Meſpilus* amelanchier.
361. *Meſpilus* chamæmeſpilus.
362. *Pyrus* communis.
363. *Pyrus* malus.
364. *Pyrus* cydonia. fol. flor.

EX ICOSANDRIIS POLYGY-NIIS.

365. *Roſa* canina.
366. *Roſa* alba.
367. *Roſa* gallica.
368. *Rubus* idæus.

369. *Rubus* chamæmorus.
370. *Rubus* fruticosus.
371. *Fragaria* vesca.
372. *Potentilla* anserina.
373. *Potentilla* pimpinelloides.
374. *Potentilla* argentea.
375. *Potentilla* verna.
376. *Tormentilla* erecta.
377. *Tormentilla* reptans.
378. *Geum* urbanum.

EX POLYANDRIIS MONOGYNIIS.

379. *Actæa* racemosa.
380. *Chelidonium* corniculatum.
381. *Chelidonium* majus.
382. *Papaver* rhœas.
383. *Tilia* europæa.
384. *Cistus* fumana.
385. *Cistus* salvifolia.
386. *Cistus* helianthemum.

EX POLYANDRIIS DIGYNIIS.

387. *Pæonia* officinalis.

EX POLYANDRIIS TRIGYNIIS.

388. *Delphinium* conſolida.
389. *Delphinium* elatum.
390. *Aconitum* lycoctonum.
391. *Aconitum* napellus.

EX POLYANDRIIS PENTAGYNIIS.

392. *Aquilegia* vulgaris.
393. *Nigella* ſativa.
394. *Nigella* arvenſis.

EX POLYANDRIIS POLYGYNIIS.

395. *Anemone* hepatica.
396. *Anemone* vernalis.
397. *Anemone* pulſatilla.
398. *Anemone* pratenſis.
399. *Atragene* alpina.
400. *Clematis* viticella.
401. *Clematis* vitalba.
402. *Clematis* flammula.
403. *Adonis* vernalis.
404. *Trollius* europæus.

405. *Helleborus* niger.
406 *Helleborus* viridis.
407. *Caltha* paluſtris.

EX DIDYNAMIIS GYMNOSPERMIIS.

408. *Teucrium* botrys.
409. *Teucrium* chamæpithys.
410. *Teucrium* ſcorodonia.
411. *Teucrium* chamædris.
412. *Teucrium* flavum.
413. *Teucrium* polium.
414. *Satureja* hortenſis.
415. *Hyſſopus* officinalis.
416. *Nepeta* cataria.
417. *Nepeta* hirſuta.
418. *Nepeta* italica.
419. *Lavandula* ſpica.
420. *Lavandula* ſtœchas.
421. *Betonica* officinalis.
422. *Sideritis* montana.
423. *Sideritis* ſcordioides
424. *Mentha* criſpa.
425. *Mentha* ſpicata.
426. *Mentha* aquatica.
427. *Mentha* pulegium.
428. *Mentha* arvenſis.
429. *Lamium* album.

430. *Lamium* amplexicaule.
431. *Glecoma* hederaceum.
432. *Galeopſis* tetrahit.
433. *Stachys* ſylvatica.
434. *Stachys* paluſtris.
435. *Stachys* glutinoſa.
436. *Ballota* nigra.
437. *Ballota* alba.
438. *Marrubium* vulgare.
439. *Marrubium* pſeudodictamnus.
440. *Clinopodium* vulgare.
441. *Origanum* vulgare.
442. *Origanum* majorana.
443. *Thymus* ſerpillum.
444. *Thymus* vulgaris.
445. *Thymus* zygis.
446. *Thymus* pulegioides.
447. *Thymus* alpinus.
448. *Meliſſa* officinalis.
449. *Meliſſa* grandiflora.
450. *Meliſſa* calamintha.
451. *Meliſſa* nepeta.
452. *Dracocephalus* moldavicus.
453. *Melittis* meliſſophyllum.
454. *Ocymum* baſilicum.
455. *Prunella* vulgaris.
456. *Prunella* laciniata.

EX DIDYNAMIIS ANGIO-SPERMIIS.

457. *Rhinanthus* elephas.
458. *Rhinanthus* trixago.
459. *Rhinanthus* criſtagalli.
460. *Euphraſia* officinalis.
461. *Euphraſia* lutea.
462. *Melampyrum* arvenſe.
463. *Melampyrum* nemoroſum.
464. *Melampyrum* pratenſe.
465. *Lathræa* ſquammaria.
466. *Pedicularis* comoſa.
467. *Antirrhinum* cymbalaria.
468. *Antirrhinum* arvenſe.
469. *Antirrhinum* linaria.
470. *Scrophularia* aquatica.
471. *Scrophularia* canina.
472. *Digitalis* lutea.
473. *Orobanche* lævis.
474. *Orobanche* cernua.
475. *Vitex* agnus caſtus.

EX TETRADYNAMIIS SILICULOSIS, SILIQUOSIS.

476. *Myagrum* perfoliatum.
477. *Myagrum* ſativum.

478. *Draba* verna.
479. *Lepidium* perfoliatum.
480. *Lepidium* ruderale.
481. *Thlaſpi* arvenſe.
482. *Thlaſpi* perfoliatum.
483. *Thaſpi* burſa paſtoris.
484. *Cochlearia* officinalis.
485. *Cochlearia* coronopus.
486. *Cochlearia* armoracea.
487. *Alyſſum* campeſtre.
488. *Alyſſum* alyſſoides.
489. *Dentaria* pentaphyllos.
490. *Cardamine* impatiens.
491. *Cardamine* pratenſis.
492. *Siſymbrium* naſturtium.
493. *Siſymbrium* ſophia.
494. *Eryſimum* officinale.
495. *Eryſimum* alliaria.
496. *Cheiranthus* eryſimoides.
497. *Arabis* turritis.
498. *Turritis* glabra.
499. *Turritis* hirſuta.
500. *Braſſica* napus.
501. *Braſſica* rapa.
502. *Braſſica* oleracea.
503. *Braſſica* eruca.
504. *Synapis* arvenſis.

505. *Raphanus* ſativus.
506. *Bunias* kakile.
507. *Iſatis* tinctoria.

EX MONADELPHIIS DECANDRIIS.

508. *Geranium* cicutarium.
509. *Geranium* robertianum.
510. *Geranium* pratenſe.
511. *Geranium* gruinum.

EX MONADELPHIIS POLYANDRIIS.

512. *Althæa* officinalis.
513. *Malva* ſylveſtris.
514. *Malva* tomentoſa.
515. *Malva* alcea.

EX DIADELPHIIS HEXANDRIIS.

516. *Fumaria* bulboſa.
517. *Fumaria* officinalis.
518. *Fumaria* capnoides.

EX DIADELPHIIS OCTANDRIIS.

519. *Polygala* vulgaris.
520. *Polygala* chamæbuxus.

EX DIADELPHIIS DECANDRIIS.

521. *Genista* tinctoria.
522. *Ononis* arvensis.
523. *Ononis* spinosa.
524. *Ononis* pusilla.
525. *Anthyllis* vulneraria.
526. *Collutea* arborescens.
527. *Pisum* sativum.
528. *Pisum* óchrus.
529. *Orobus* vernus.
530. *Orobus* niger.
531. *Lathyrus* aphaca.
532. *Vicia* cracca.
533. *Vicia* dumetorum.
534. *Vicia* sativa.
535. *Vicia* faba.
536. *Coronilla* securidaca.
537. *Coronilla* coronata.
538. *Ornithopus* scorpioides.

539. *Hedyſarum* onobrychis.
540. *Galega* officinalis.
541. *Galega* fruticoſa.
542. *Aſtragalus* veſicarius.
543. *Aſtragalus* campeſtris.
544. *Aſtragalus* glaux.
545. *Trifolium* officinale.
546. *Trifolium* pratenſe.
547. *Trifolium* repens.
548. *Lotus* tetragonolobus.
549. *Lotus* proſtratus.
550. *Medicago* falcata.
551. *Medicago* polymorpha.

EX POLYADELPHIIS ICOSANDRIIS.

552. *Citrus* aurantia.
553. *Citrus* medica.

EX POLYADELPHIIS POLYANDRIIS.

554. *Hypericum* perforatum.
555. *Hypericum* androſæmum.
556. *Hypericum* coris.

EX SYNGENESIIS POLYGAMIIS ÆQUALIBUS.

557. *Tragopogon* pratenſe.
558. *Scorzonera* graminifolia.
559. *Scorzonera* purpurea.
560. *Scorzonera* humilis.
561. *Sonchus* pratenſis.
562. *Lactuca* ſativa.
563. *Lactuca* viroſa.
564. *Chondrilla* juncea.
565. *Prenanthes* tenuifolia.
566. *Prenanthes* purpurea.
567. *Leontodon* taraxacum.
568. *Hieracium* piloſella.
569. *Hieracium* aurantiacum.
570. *Hieracinm* ſabaudum.
571. *Hieracium* amplexicaule.
572. *Hieracinm* auricula.
573. *Hyoſeris* fœtida.
574. *Hypochœris* maculata.
575. *Lampſana* rhagadiolus.
576. *Lampſana* ſtellata.
577. *Cichorium* intybus.
578. *Cichorium* endivia.
579. *Scolymus* maculatus.
580. *Arctium* lappa.

581. *Arctium* perſonata.
582. *Carduus* leucographus.
583. *Carduus* nutans.
584. *Carduus* acanthoides.
585. *Carduus* mollis.
586. *Carduus* eriophorus.
587. *Carduus* ſerratuloides.
588. *Cnicus* acarna.
589. *Cynara* ſcolymus.
590. *Cynara* carduncul us.
591. *Carlina* acaulis.
592. *Carthamus* tinctorius.
593. *Eupatorium* cannabinum.

EX SYNGENESIIS POLYGAMIIS SUPERFLUIS.

594. *Tanacetum* vulgare.
565. *Tanacetum* balſamita.
596. *Artemiſia* abrotanum.
597. *Artemiſia* ſantonicum.
598. *Artemiſia* ponticum.
599. *Artemiſia* abſinthium.
600. *Artemiſia* vulgaris.
601. *Gnaphalium* ſtœchas.
602. *Gnaphalium* arenarium.
603. *Gnaphalium* ſaxatile.

604.

604. *Tussilago* farfara.
605. *Tussilago* petasites.
606. *Senecio* vulgaris.
607. *Aster* tripolium.
608. *Aster* vernus.
609. *Inula* helenium.
610. *Inula* crithmifol.
611. *Arnica* montana.
612. *Doronicum* pardalianches.
613. *Doronicum* bellidiastrum.
614. *Bellis* annua.
615. *Chrysanthemum* leucanthemum.
616. *Matricaria* parthenium.
617. *Matricaria* chamomilla.
618. *Anthemis* millefolia.
619. *Achillea* millefolium.

EX POLYGAMIIS FRUSTRANEIS.

620. *Centaurea* crupina.
621. *Centaurea* centaurium.
622. *Centaurea* cyanus.
623. *Centaurea* collina.
624. *Centaurea* calcitrapa.
625. *Centaurea* solstitialis.
626. *Centaurea* montana.

EX POLYGAMIIS NECESSARIIS.

627. *Calendula* officinalis.
628. *Filago* arvenſis.
629. *Filago* montana.
630. *Filago* maritima.

EX SYNGENESIIS MONOGAMIIS.

631. *Viola* odorata.
632. *Viola* canina.
633. *Viola* tricolor.
634. *Impatiens* balſamina.
635. *Impatiens* noli me tangere.

EX GYNANDRIIS DIANDRIIS.

636. *Orchis* bifolia.
637. *Orchis* morio.
638. *Satyrium* hircinum.
639. *Ophrys* nidus avis.
640. *Serapias* helleborine.

EX GYNANDRIIS HEXANDRIIS.

641. *Ariſtolochia* rotunda.
642. *Ariſtolochia* longa.

EX

EX GYNANDRIIS POLYANDRIIS.

643. *Arum* eſculentum.
644. *Arum* ſagittæfolium.

EX MONOECIIS TRIANDRIIS.

645. *Typha* latifolia.
646. *Typha* anguſtifolia.
647. *Sparganium* erectum.
648. *Coix* lacryma.
649. *Coix* ſquarroſa.

EX MONOECIIS TETRAGYNIIS.

650. *Betula* alba.
651. *Betula* nigra.
652. *Buxus* ſempervivus.
653. *Urtica* urens.
654. *Morus* nigra.
655. *Morus* alba.
656. *Xanthium* ſpinoſum.
657. *Amaranthus* tricolor.

EX MONOECIIS POLYANDRIIS.

658. *Quercus* ilex.

659. *Quercus* robur.
660. *Quercus* nigra.
661. *Juglans.*
662. *Fagus* caſtanea.
663. *Carpinus* betula.
664. *Corylus* avellana.
665. *Platanus* occidentalis.

EX MONADELPHIIS.

666. *Pinus* ſylveſtris.
667. *Pinus* pinea.
668. *Pinus* tæda.
669. *Pinus* abies.
670. *Cupreſſus* ſempervirens.
671. *Ricinus* communis.

EX MONOECIIS SYNGENESIIS.

672. *Momordica* balſamina.
673. *Cucurbita* lagenaria.
674. *Cucurbita* pepo.
675. *Cucurbita* citrullus.
676. *Cucumis* anguria.
677. *Cucumis* melo.
678. *Cucumis* ſativus.
679. *Bryonia* alba.

EX DIOECIIS PENTANDRIIS.

680. *Spinacia* oleracea.
681. *Humulus* lupulus.

EX HEXANDRIIS.

682. *Smilax* aſpera.

EX OCTANDRIIS.

683. *Populus* alba.
684. *Populus* nigra.

EX ENNEANDRIIS.

685. *Mercurialis* annua.

EX DIOECIIS SYNGENESIIS.

686. *Ruſcus* aculeatus.

EX POLYGAMIIS MONOECIIS.

787. *Veratrum* album.
688. *Cenchrus* echinatus.
689. *Ægilops* ſquarroſa.
690. *Parietaria* officinalis.
691. *Atriplex* hortenſis.
692. *Atriplex* littoralis.
693. *Acer* campeſtris.

EX POLYOECIIS.

694. *Ficus* Carica.

41. Om-

41. Omnes jam modo recensitæ herbæ vel non minuerunt acrimoniam ranunculi ſcelerati, vel plus minus auxerunt, non tamen accurate adnotavi omnes, quæ cæteris paribus dolorem plus auxerunt, exceptis *Chærophyllo*, *Taraxaco*, *Valeriana* minore, foliis *ſambuci*, *ægopodio*, *hedera* tereſtri, foliis *ribeſiorum*, & *fragariæ*, ſuccoque *Meliſſophylli*, & *Meliſſæ*.



Ranunculus *Bulbofus.* CRANTZ p. 89. Nro. 8. *Fafc.* IIdo. *Stirp. Auftr.*

Ranunculus pratenfis radice verticilli modo rotunda. C. B. *pin.*

Ranunculus bulbofus. LOB. *icon.*

Ranunculus tuberofus. DOD. *pempt. icon.* p. 428.

Crefcit hic ranunculus ubique in pratis: magna ludit varietate quoad habitum externum; magnitudo enim diverfa caulis perfæpe cernitur, qui jam altus, ramofus, pilofus multiflorus, jam parvus, & fimplex, uniflorus, nonnullis foliis modo profundius incifis, lobatis, modo pinnatifidis, colore vel viridiori, vel & pallido. Et hæc differentia pendet a ratione loci, ubi crefcit: in locis fiquidem ficcis apricis minor fere femper planta eft, pallidioribus foliis magisque hirfutis, dum ex adverfo in pafcuis fertilioribus, cultisque locis, ad pedis & ultra magnitudinem crefcit, ut primo intuitu fpecie di-

verſæ credantur herbæ, ſola quamvis accidentali varietate diſtinctæ.

EXPERIMENTA.

1. Species hæc priori ranunculo minus ſucculenta eſt, & dum tenera, in omnibus ſuis partibus valde acris eſt, neque acrimoniæ urentis intenſitas pro ratione partis differt, ſive enim radix, ſive caulis, ſive folia, ſive flores deguſtentur, æqualis fere imprimitur urens linguæ dolor, non ita tamen cito, ut in ranunculo ſcelerato ſe manifeſtans, diutius tamen perſeverans, & ut me repetita docuit experientia, acrius linguam vulnerans, ſi incautius guſtetur, & majora, periculoſiora pertinacioraque mala linguæ, dentibus, gingivis inferens.

2. Dum vero in fructificatione conſtituta hæc herba eſt, diverſitas notabilis eſt quoad acrimoniam in caule, & foliis; folia enim radicalia, & omnia alia, quo pallidiora, & magis exſucca evaſerunt, eo minus acria,

imo mitiſſima inveni; ſimiliter etiam caulis miteſcit, qui quo magis lignoſus eſt, eo fit inertior; ut igitur fructificationis tempore vehementia acredinis nocivæ fere ſolum ſit in radice & floribus, vel potius germinibus, cum calyx & petala floris, atque ſtamina vix acria deprehendantur.

Præterea docet guſtus bulbi radiculas eſſe acres ante fructificationem, hujus vero tempore, quod mirum, fieri inertes, bulbum tamen fere evadere acriorem, imo acriorem germinibus.

3. Folia vel germina parumper contuſa, parti laterali cujusdam digiti applicata citius pruritum excitant, citiusque veſica aqua turgida oritur, quam a foliis, vel floribus ranunculi ſcelerati *Nro.* 6. pertinaciusque ulcus ſanationi reſiſtit.

4. Taleolus radicis bulboſæ recentis applicatus parti interiori cujusdam digiti, poſt duo minuta prima jam incipit leniter urere, & quo diutius retinetur applicatus, eo dolor

urens

urens fit major; abjecto vero illico post perceptum pruritum, cutis vix erat rubra, & pruritus etiam illico cessavit, post duas tamen circiter horas rubescebat, leviter pruriebat, & intra 10. horas erat vesica notabilis, plena aqua, proportionata latitudini taleoli applicati; aperta vesica plorabat copiosum humorem, tenuem, flavescentem, & urentem; consolidatio tardior fuit, quam in vesiculis excitatis a priori ranunculo *Nro.* 9. notatis, majorique dolore stipatum erat ulcus, & tardius ichor in puriformem mutabatur naturam, seu consistentiam.

5. Radiculæ bulbi parumper contusi, & digitorum interstitiis applicati, per quadrantem horæ vix pruritum excitant, ubi tamen semel percipitur, abjectis tunc illico cutis non est mutata, post viginti horas tamen vesicula aqua plena præsens est; hoc autem tantum præstant radiculæ ante florescentiæ tempus, postea enim, etsi per diem in loco relictæ, nullum effectum faciunt.

6. Si vero taleolus *Nro. 4to.* diutius applicatus relinquatur, quam ad ſenſum primum pruritus, dolor fit ſucceſſive magnus, & veſica multo citius adeſt, majorque circa veſicam eſt inflammatio, & pertinacior notabiliter ad locum ulceratum affluxus ichoris, isque dolorificus. Balſamus peruvianus tunc optimum a me probatum remedium.

7. Non tamen ab applicato taleolo per duas horas, aut ultra increvit ſemper dolor, obſervavi ſolum per horam increviſſe, & poſtea ceſſâſſe relicto ſolum illo pruritu dolorifico, qui fuit, dum veſica formari incipit; in priori *Nro. 4to.* experimento videtur taleolus vim urentem per exſiccationem perdere; ablatus enim tunc guſtu fere effœtus eſt, & exſuccus. Taleolum ſimilem applicatum tenui ſuper verrucam, ad ſtillicidium ſanguinis uſque læſam, per ſex horas, donec veſica exorta fuiſſet, neque majorem dolorem ſenſi, quam qui adfuit poſt 10. prima minuta, qui quidem moleſtus multum

erat

erat ob nudas, quas immediate tangebat partes. Neque intelligo, cur ranunculus ſceleratus *Nro.* 13. pejora produxerit mala; forte quod taleolus ſua planitie ſe minus inſinuare potuerit partibus vivis, quam folia vel flores contuſi ranunculi bulboſi? forte quod in priori verruca denudatus fuerit quidam nervulus, qui in hac vel abſens, vel tectus eſſe poterat? quidquid vero ſit ob moleſtum pertinax ulcus a tali experimento ortum, effectum ſæpius periclitari nolui.

8. Bulbi viginti circiter in parvos taleolos diſciſſi, & per horam in aquæ libra una decocti fiunt molles, inter digitos contriti facile dehiſcunt, cum quadam glutinoſitate radicis althææ inſtar, & ſaporis ſunt demulcentis, non ingrati, leviſſime glutinoſi, tute per ſe, vel aceto, ſale & oleo conditi comedi poſſunt.

Reſidua aqua, in qua bulbi per horam decocti fuerunt, limpida eſt æque, ut ante decoctionem fuit, ſa-

poris nullius, vel ſatui tantum, qualis in aqua cocta plerumque adeſt.

9. Inter decoctionem exhalat vapor acris, validius oculos feriens, quam ſi folia vel flores decoquantur.

10. Bulbi hi diu aſſervari poſſunt etiam in aere calido, absque amiſſione ſuæ totius acrimoniæ: per quatuor ſeptimanas in veſtibus meis menſe Junio, & Julio tenui, & tamen taleolus abſciſſus, & applicatus cuti, veſicam excitavit eo fere modo, ut *Nro.* 4. notavi, poſtea tamen exſiccati fiunt effœti, & mitiſſimi.

11. Si vero bulbi in loco frigidiuſculo ſub ſabulo ſerventur, etiam hyemalibus menſibus idem, quod recentes præſtant.

12. Similiter quoque germina recentia acria valde ad manipulos duos in libra una aquæ per horam decocta omnem fere amiſerunt acrimoniam; vix enim leviſſimo in lingua vellicante perceptibili ſtimulo aqua facta ſubvirideſcens, clara tamen, & ſaporem adepta dulcem, fuit, quaſi liquiritiæ decoctum deguſtares, hac tamen

dif-

differentia, quod tribus circiter minutis primis post deglutitionem duorum cochlearium per os levis vellicatio perciperetur cum quadam aspredine, & post quadrantem horæ similis in ventriculo sentiretur vellicatio durans per horam, quod non fecit decoctum bulborum; non tamen propterea appetitus mutatus fuit, neque aliud incommodum sensibile se manifestavit.

13. Radix, germina, quo minori tempore decoquuntur, eo decoctum fortius, urentius; infusum igitur omnium acerrimum; gustus hinc optime detegit, quo gradu acris decocti stimulus interne tute adhiberi possit; quamprimum enim lingua perfert facile acredinem, neque postea magna remanet stiptica aspredo, signum est decoctum impune perferri a ventriculo posse.

14. Hujus ranunculi infusum, decoctum, quantumcunque acre sit, admistione aquæ temperari, mitigari inersque reddi potest; uti de succo ranunculi scelerati *Nro.* 28. observata docent.

15. Si ſuccus expreſſus ex contuſa tenera herba, vel & jam floreſcente guſtetur, mitiſſimus in principio apparet, poſt 4. 5, 6, circiter minuta ſecunda vehementia acrimoniæ ſe prodit, eo tunc penetrantius linguam offendens, & longe potentius, quam ranunculi ſcelerati *Nro.* 16. ſuccus. Validum ſimul ac periculoſum ſternutatorium eſt, nares excorians, inflammans, niſi illico emungatur; unde experimenta repetentes ſibi ab incautiori examine caveant, ne vel deglutiant, vel ore diutius retineant, agitentque inter dentes.

16. Succus hic miſtus cum ſucco Meliſſæ, vel Meliſſophylli, triplo quamvis majori copia, acrimoniam non amittit, acutior potius evadit; neque acetum, neque vinum acrem vim minuunt, neque ſaccharum, mel, ſpiritus vini, neque ſpiritus acidi minerales, aut oleum tartari per deliquium, neque caſtoreum, neque opium, ſed omnia hæc exacerbabant rodentem ſucci indolem. Plures herbas non ſubjeci examini, cum ea

huic

huic ranunculo qualitas acrimoniæ infit, quæ ranunculo ſcelerato, unde experimenta cum ante *Nro.* 40. recenſitis plantis reiterare ſuperfluum duxi, præſertim cum ingens labor, dolor adhuc major patientiam requirat ſaxeam.

17. Experimenta cum acetoſa, ribeſiis inſtituta fuere eadem, quæ *Nro.* 35. 36. 37. 38. 39. cum ranunculo ſcelerato expoſui; ſimiliter & ſuccus hujus ranunculi aquæ miſtus plus minus iners redditur & interne tute aſſumitur, uti ranunculi prioris ſuccus *Nro.* 28 notati.

18. Si ſucci *Nro.* 16. drach. ſemis miſceatur unc. viij. ix. aquæ fontanæ, ita miteſcit, ut absque omni noxa bibi poſſit; excitat quidem quemdam languorem leviſſimum in ventriculo poſt quadrantem circiter horæ, quandoque tardius, poſtea tamen quædam per omnes actiones muſculares major ſenſibilis levitas & agilitas ſentitur, urina prodit majori copia, præcipue ſi bis, ter, per diem aſſumatur.

19. Si huic miſturæ *Nro.* 18. ad-

da-

datur ſaccharum, illico fit acris, & aſſumptu difficilior. Idem etiam facit mel, & acetum, vinum, & omnia, quæ *Nro.* 17. notavi. Caſtoreum tamen & opium ex omnibus adhuc tutiſſima, quibus admiſtis, levis quidem acrimonia accedit, non tamen talis, quæ incommodam ob acredinem redderet mixturam.

20. Germina etſi ſint valde acria ut antea *Nro.* 2. innui, tamen ſemina, dum matura ſunt, prorſus evadunt inſipida, & deguſtata, maſticata, deglutita, nullam moleſtiam procreant, præter levem ſtipticam in lingua aſpredinem. Tota ergo planta, dum exſiccata eſt, ſua fit iners acrimonia venenoſa, & radix bulboſa, ſi bene exſiccata eſt, in pulverem contuſa, naribus attracta, nullam excitat ſternutationem; ſaltem id me meæ docuerunt nares, licet non adeo colloſas judicem, ut tabaco aſſuetas nares. Si vero non penitus exſiccata prius fuit, irritat nares, & quandoque lenem ſternutationem promovet.

Ra-

Ranunculus *Echinatus*. CRANTZ *Fasc.* II. *Stirp. Austr.* p. 95. N. 13.

Ranunculus arvensis. LINN. *Syst. Nat.* p. 1087.

Ranunculus arvensis *echinatus*. C. B. p. 179.

Facile ab aliis distinguitur, floribus minimis, unguibus limbo majoribus, seminibus complanatis aculeis instructis.

EXPERIMENTA.

1. Radix gustata linguæ fatuum stipticum solum saporem imprimit, nulla fere vellicatio percipitur; dum vero deglutitur, vel profundius in ore volvitur prius bene masticata, tunc in velo pendulo, & palati fornicati parte quædam, exigua tamen & tolerabilis acredo vellicans sentitur, sponte & brevi evanescens. Deglutitæ radiculæ nil mali faciunt, nullam vesicam producunt applicatæ,

etsi

etſi per horam integram applicentur.

2. Folia maſticata majorem vellicantem ſtimulum linguæ imprimunt, palato, & velo pendulo, tolerabilem quidem, & minorem, quam ranunculi ficariæ granulatæ radices, cujus tamen folia & flores verno tempore in acetariis comeduntur magna copia, & antiscorbuticis admiſcentur.

3. Applicatum folium cuti in interſtitiis digitorum, vel & in alia parte veſicam excitat, ut ranunculus ſceleratus, & bulboſus, tardius tamen & non niſi poſt 24. horas, & dum veſica fieri incipit, ſimilis oritur pruritus ut a prioribus ranunculis.

4. Flos deguſtatus ex omnibus hujus ranunculi partibus acerrimus, & hæc acrimonia in germinibus tota eſt. Urit ita acriter linguam, ut ranunculi ſcelerati flores, remanente poſtea ſtiptica aſpredine ingrata, cum ſtupore dentium; ſtimulus tamen hic acris citius elutione ſalivæ evaneſcit,

ſcit, ſeu deletur, quam ingratus dolor productus a ranunculis ſcelerato & bulboſo.

5. Flos non contuſus applicatus digito levem fecit pruritum poſt mediam horam; illico abſtuli apparatum, ſaliva ablui locum, poſtea aqua, ne quid hærens adhuc inter exiguas cutis rugas maneret; nulla videbatur rubedo, neque ullus aderat pruritus poſt ablationem floris ex loco, hora tamen poſt ablutionem parumper ad attactum pruriebat locus, fiebat ruber, & poſt 10. horas numerando ab applicationis momento aderat veſica aqua turgidiſſima, licet pruritus ad exortum veſicæ uſque perdurans eſſet levis, facillime tolerabilis, major tamen quam a foliis.

6. Si vero flos contuſus applicetur citius longe percipitur pruritus, & citius adeſt veſica, & dolor tempore generationis veſicæ, major, quam a foliis & floribus non contuſis, tolerabilis tamen facile.

7. In ſanando vulnere eadem eſt difficultas, quam faciunt ranunculi ſceleratus, & bulboſus.

8. Succus expreſſus acerrimus eſt, præſertim præparatus ex ſola herba, abjecta radice; guſtatus ſiquidem vehementiſſime & illico linguam ac labia urit, ſola retentione in ore, nulla agitatione motus in ore, oritur dolor urens, fere potentior illo, quem radix ranunculi bulboſi producit, aut ſummitates ranunculi ſcelerati. Adeo penetrans & fortis hic ſuccus eſt, ut a parumper longiori ejus retentione in ore, lingua erodatur, & dolor pertinaciſſime inhæreat, imo ceſſante jam urente dolore, & ejecto quamvis illico poſt perceptum dolorem ſucco, dentes extra alveolos, imo & in ipſis alveolis doleant, & quodam afficiantur ingrato ſtupore.

9. Succus Meliſſæ vel & meliſſophylli licet quadrupla copia admiſtus ſucco hujus ranunculi, nil mitigavit acrimoniam, imo eam potius auxit. Acetoſa ſola commiſta æquali portione, & cum hoc ranunculo contuſa,

mi-

minuit acrimoniam, & majori admista copia eam delet, non tamen idem facit ſuccus acetoſæ.

10. Uncia una ſucci canis parvi faucibus intruſa, cui per tres horas omnis denegabatur aquæ potus, eum poſt tres dies occidit, prægreſſis prius clamoribus enormibus, vomitu, alvi ſolutione copioſa, convulſivis agitationibus. Examinatus œſophagus ac ventriculus totus inflammatus, præſertim vero in ventriculi interna ſuperficie rubedo ſumma, in variis locis livedo & eroſio, notabiles veſiculisque ſimiles multæ elevatæ papulæ pellucidæ videbantur.

11. Drachma media ſucci miſta unciis tribus aquæ ita mitis fit, ut in ore retineri queat, ſapore prius ſubdulci linguam afficiens: poſt 5. circiter minuta ſecunda primo ſtimulus linguam urens ſe prodit, ita tamen, ut toleretur a lingua, & ſenſim per affluxum ſalivæ deleatur. Unciæ vero octo aquæ totam acrimoniam delent, & a me hauſtæ tot unciæ fuerunt impune, & ægris da-

tæ nullam fecerunt ſenſibilem, etiam vel minimam moleſtiam, aut noxam; functionum animalium potius major agilitas obſervabatur.

12. Succi drach. media quatuor unciis aquæ miſta poſt quatuor dies guſtata dulciſſimum habuit primo ſaporem, poſt unum autem circiter minutum primum excitavit leviſſimum vellicantem in lingua dolorem, ut & in palato.

13. In inſtituendis cum hoc ranunculo experimentis per guſtum, cavendum, ne vel nimis diu retineantur in ore vel flores, vel ſuccus poſt perceptum pruritum, ne vel nimis cito unum poſt alterum inſtituatur; vix enim ter de die deguſtandum ſuccum hujus ranunculi ſuadeo, iis ſaltem, qui linguam habent mea non calloſiorem, quamvis & mea non ſit valde delicata.

14. Si germina decoquantur cum aqua, manipulus v. g. unus in libra una aquæ, citius acrimonia avolat, quam in experimento decoctionis ranun-

nunculi ſcelerati & bulboſi, & germina ſiunt inſipidiſſima.

15. Experimenta *Nro.* 9. 12. 14. 15. 17. 18. 27. 29. 32. 33. 34. 36. 37. circa ranunculum ſceleratum inſtituta quoque in echinato, reliqua vero *Nro.* 40. recenſita non tentavi, utpote partim ſuperflua ratus, partim metuens tot magnas a repetita deguſtatione toleratas moleſtias. Semina præterea matura ſunt ita mitia, ut neque vel minima acrimonia, vel leviſſima ſtiptica detegi poſſit aſpredo.



Ranunculus *sardous*. CRANTZ *Fasc*.II. *Stirp. Austr*. p. 84.

Ranunculus apii folio lanuginosus. C. B. *pin*. 180.

Ranunculus 2dus MATTHIOLI *fol*. 458.

Ranunculi hujus folia crassa sunt, æque ac caulis pilosa, seu lanuginosa, corollæ petala ungue prædita, cui adnexa est glandula parva tumidula figuræ triangularis, interdum quadrangularis. Radix est fasciculus multarum albarum radicularum perpendicularium fere, filiformium, paucissimis lateralibus fibrillis præditarum. Variat multum hic ranunculus foliis; radicalia plerumque sunt triloba, interdum vero solum obscure triloba, quandoque pinnatifida, interdum & triloba & pinnatifida mista, pinnis jam profundius incisis, jam magis superficialibus.

Planta parva, quamdiu radicalia tantum folia exerit, refert perfecte apium officinarum, & triloba folia non-

nonnulla, obliteratis lobis uno alterove, cernuntur, in adulta planta plus pinnatiſida, imo quandoque ranunculum repentem multum referens planta invenitur, ſtolonibus reptantibus ſolummodo carens.

EXPERIMENTA.

1. Radiculæ guſtatæ nullam acrimoniam habent notabilem, leviſſimo tantum ſtimulo vellicante linguam titillantes, & hic non niſi percipitur poſt longam maſticationem. Ineſt tamen ſenſibilis aſpredo ſtiptica etſi non nociva, quod deglutitio me docuit; ſiccatæ minime ſternutatoriæ ſunt.

2. Eodem modo linguam afficiunt folia radicalia, præſertim herbæ jam adultioris, uti & caulis verſus radicem. Caulina vero folia acria & urentia ſunt, tamen utcunque acrimonia urens a lingua toleratur, imo & a ventriculo perfertur ſine notabili moleſtia, ſi videlicet duo vel tria deglu-

tiantur folia, plura nunquam deglutivi.

3. Floris petala, ſtamina, calyx etiam mitia ſunt. Flores demptis germinibus 10, 12, 20. & ultra deglutiti, prius in ore bene contriti, nullam ſenſibilem in me fecerunt mutationem, ſola excepta aſpredine in lingua & ore relicta.

4. Si germina nondum matura & ſicca guſtentur, linguam illico acerrime urunt dolore diu perſeverante. Deglutita pauca quantitate, tria quatuorve, tantum moleſtum producunt dolorem ſimilem illi, qui a foliis ranunculi ſcelerati *Nro.* 23. oritur, balſamo peruviano & aquæ repetito egregio hauſtu ceſſantem. Ubi ſemel ſicca fuerint, penitus evadunt effœta.

5. Caulis ſpongioſus, hirtus verſus ſummitatem, guſtatus non acrior, quam folia ſuperiora, atque etiam verſus matureſcentiam ſeminum æque mitis, ut folia radicalia, & ſemina matura omni ſapore, vel acrimonia deſtituta ſunt.

6.

6. Folium caulinum applicatum parti laterali digiti annularis uſque ad perceptum pruritum, & deinde abjectum, nullam fecit veſicam, diutius tamen relictum eam produxit.

7. Germina tantum intra 12. horas eam excitarunt, ſatis aqua turgidam.

Alia experimenta cum hoc ranunculo non tentavi, cum judicem ſufficere præſentia ad probandam ejus acrimoniam nocivam, ſaltem germinum, & quomodo mitigari, domari queat, ſupra recenſita tentamina docent.



Ranunculus *Napellifolius.* CRANTZ *Fasc.* II. *Stirp. Austr.* p. 90. *Nro.* 10.

Ranunculus acris. LINN. *Syst. Nat.* T. II. p. 1087. *Nro.* 28.

Ranunculus pratensis erectus acris. C. B.

Descriptio Cl. Prof. CRANTZ *bona est, & ex illa sola optime dignoscitur.*

EXPERIMENTA.

1. Est æque acris ut bulbosus, ſucculentior tamen, volatilior ejus ſpiritus, acris, & vehementia acrimoniæ in omnibus partibus fere æqualis, germinibus florum exceptis, quæ urentius feriunt linguam, pertinaciorem dolorem excitant, & citius ſe manifestantem.

Cultus tamen in horto, vel ſponte in terra culta creſcens in horto Dni. de HARACK in Pentzing a me mitiſſimus deprehenſus eſt, mitior auricomo. Folia plurima impune

ma-

maſticavi, deglutivi. Inveni præterea mitiorem hunc ranunculum in Gatterholtzel, quam in monte retro villam S. Viti.

2. Veſicam germina æque cito faciunt, ut bulbus ranunculi bulboſi: reliqua experimenta fere eadem, ut in prioribus, exceptis 25, 26, & 40, quæ non cum hoc ranunculo inſtitui, videntur tamen eſſe eadem.



Ranunculus *Breyninus.* CRANTZ *ibidem.* p. 91. *Nro.* 11.

Deſcriptio ibi habetur optima, & ejus copia examinandi ex hortulo hujus Cl. Viri *facta eſt.*

1. Collectus ibidem in hortulo tempore floreſcentiæ fere acrior a me deprehenſus eſt, quam ſceleratus & bulboſus, interim tamen in meo hortulo Tergeſti cultus mitior fuit prioribus, præſertim radix, caulis, folia; flores tamen ſat acres erant. Videtur probabile, eum in locis natalibus adhuc acriorem eſſe; experimenta tentari merentur ab iis, qui eum in locis natalibus colligere ſatagunt, & ideo præter applicationem externam ad excitandam veſicam, quam æque, licet tardius, ut priores flores produxerunt, alia in prioribus numerata experimenta tentare neglexi.

Ranunculus *Illyricus.* CRANTZ *ibidem* p. 87.

Ranunculus lanuginoſus anguſtifolius grumoſa radice major, minor. C. B. *pin.*

1. Hic Ranunculus in omnibus partibus æque acris, ut bulboſus, omnia experimenta, quæ cum bulboſo inſtitui, in hoc ſimilia deprehendi, radix tamen bulboſa minoris acrimoniæ eſt, & veſicas tardius, quam bulbus bulboſi excitavit.



Ranunculus *Pthora.* CRANTZ *ibidem.* p. 98. *Nro.* 17.
Pthora LINN. *Syst. Nat.* T. II. p. 1086. *Nro.* 10.
Pthora Valdensium. LOB. *adv. icon.*

1. In loco natali crescens acerrima planta est, superans scelerati ranunculi acrimoniam, ut me docuit collecta in Murlachiæ alpibus, ubi tamen experimenta necessaria facere non poteram. In horto vero *Clariss. Prof.* CRANTZ examinata, & cum ea plurima experimenta, quæ cum ranunculo scelerato tentavi, instituta fere erant eadem, & quidem in omnibus suis partibus æqualis acrimonia deprehensa fuit, etsi jam tempore florescentiæ examini subjecta fuisset. Post fructificationem vero maturam folia residua in herba, jamque minus succulenta, sat evadunt mitia, & multa omni acredine orba. Potui enim quatuor talia folia deglutire, absque superveniente vel minima molestia. Dum vero herba sicca est, tota penitus effœta evadit, & omnis qualitatis noxiæ expers. Ra-

Ranunculus *aquatilis*. CRANTZ *ibidem* p. 96. *Nro.* 14.

Ranunculus aquatilis. LINN. *Syst. Natur.* T. II. p. 183. *Nro.* 37.

1. Ranunculus hic notissimus est in stagnantibus aquis, imo & rivulis currentibus obvius ubique fere. Variat, ut inveni, notabiliter acrimonia, ratione loci, ubi crescit. Flumine & Tergesti in nonnullis aquis stagnantibus ita deprehendi acrem, præsertim vero flores, ut vesicam cuti applicatus produceret, licet tardius scelerato & bulboso ranunculo. Quem vero collegi Viennæ versus Baumgarten adhuc acrior fuerat, dum ex adverso circa Schönbrun crescens vix linguam stimulat. In genere tamen flores semper acriores herba, & post fructificationem etiam herba multo mitior, quam ante florescentiam. Alia experimenta cum hoc

ra-

ranunculo inſtituere ſuperfluum eſſe duxi, utpote jam alioquin ex prioribus facile determinanda. Addere tamen debeo flores recentes, contuſos, naribus ad perceptum uſque pruritum ſuppoſitos potenter ſternutationem ciere, ſiccos vero hoc non efficere.



Ra-

Ranunculus *ficaria.* CRANTZ *Fasc.* II. *Stirp. Austr.* p. 99. *Nro.* 12.

Chelidonia rotundifolia major minorve. B. *pin.* 167.

Ficaria. *Nova Plant. gener.* DILL. T. V. *icon.*

Notissima omnibus herba, & inter antiscorbutica laudata, admisceri solet verno tempore aliis plantis, & in acetariis comedi.

1. Folia & flores mitissimi, vix vel levissimum continentia stimulum. Radix tamen, quæ granulata est, acris est ita, ut fortiter linguam vellicet, & simul ingrato, stiptico, primo acido, dein amarescente, nauseoso sapore prædita. Recens tusa, & applicata cuti quoque vesicans est, diutius tamen super cutem relinqui debet, quam ranunculi bulbosi radix, neque ulcus ita pertinaciter sanitati resistit. Cocta amittit omnem acrimoniam, uti & exsiccata; acrior præterea ante florescentiam deprehendi-

 tur,

tur, & tunc fere ſolum lenis veſicatorii vices gerere poteſt; agunt tamen citius, certius, & melius hac radice bulbi ranunculi bulboſi. Interim ſuccus radicis ſternutatorium tutius eſt, quam omnium priorum.

Examinavi quidem etiam ranunculum auricomum (*a*) & repentem (*b*) lanuginoſumque (*c*), verum eos ita inveni mites, & ab acrimonia ranunculorum quoad ſaporem differentes, ut potius inter oleracea, nutritioni idonea, quam inter venenorum claſſem collocari mereantur.

(a) Crantz *Faſc.* II. *Stirp. Auſt.* p. 85. Nro. 3.

(b) Idem *ibidem* p. 89. Nro. 9.

(c) *ibidem* p. 96. Nro. 15.



COROLLARIA.

1. Ex omnibus jam inſtitutis, & recenſitis experimentis conſtat: Ranunculos *ſceleratum*, *bulboſum*, *echinatum*, *ſardoum*, *napellifolium*, *illyricum pthoram* herbas eſſe venenatas valde, acrimonia cauſtica, erodente inflammante, exulcerante præditas. *Vide Nro.* 4, 5, 6, 7, 8, 9, 13, 16, 20, 21, in experimentis ranunculi ſcelerati.

2. Uſu ergo interno periculoſiſſimos, hominibus ſaltem & canibus, dolores ſummos, convulſiones, ventriculi inflammationem fortiſſimam eroſionem &c. producentes, ipſam tandem mortem, *Vide Nro.* 23, 24, 26, experiment. ranunculi ſcelerati.

3. Externo uſu vero eſſe veſicatorium egregium, diu attrahens, ulcus pertinax faciens, ſternutatoriumque forte, & excorians, ſi diutius quam oportet, in naribus relinquantur. *Vide Nros.* 8, 9, 10, 13, experi-

rimentorum ranunculi ſcelerati, nil tamen horum facere has herbas exſiccatas 18, 19, 22, 32, 34. *ibid.* & 14, 15. echinati, & 20. bulboſi.

4. Pertinacitatem ulceris quoque majorem eſſe, quo diutius applicati ranunculi hærent parti, & ſi veſica aqua turgida aperiatur, *vide Nros* 9, 10, 11. *ibidem.*

5. Acrimoniam venenatam ranunculorum conſiſtere in parte volatili, eamque igne, decoctione, exſiccatione, maturatione auferendam, & ea ablata reddi mites, ipſi etiam nutritioni aptos, *vide Nros* 14, 15, 17, 18, 19, 22, 32, 34, experiment. ibidem, & *Nrum* 20. experiment. ranunculi bulboſi, item 14, 15. echinati.

6. Hanc partem volatilem, quam ſpiritum rectorem, inodorum tamen, vocare licet, neque eſſe acidam, neque alcalinam, *vide Nros* 30, 31, 32. experim. Ranunculi ſcelerati, & diſſlata hac parte decoctum ranunculorum fieri egregium pectorale, gra-

tum

tum remedium, & ut me docuit repetita obſervatio, utilius decocto liquiritiæ, vide exper. 20. ranunculi ſcelerati.

7. Aceto, melle, ſaccharo, vino, & fere omnibus quæ linguæ ſaporem qualemcunque imprimunt, acrimoniam augeri & ſumme cauſticam reddi, item ſpiritu vini, acidis mineralibus, oleo tartari per deliquium, *vide Nros* 27, 29, neque caſtoreum, neque 700. herbas hanc acrimoniam domare poſſe; vide ibidem *Nrum* 40, unde intelligitur, cur in acetariis aliis admiſtus herbis, comeſtus venenatior ſit, & pejores effectus producere debeat ranunculus, quam ſi coctus cum aliis comedatur.

8. Ergo neque ſuccus meliſſæ, meliſſophylli ex aceto hauſtus, neque vinum forte dulce larga quamvis copia, neque caſtoreum vino dulci miſtum antidotum, ſed potius vim venenatam augentia, quamvis contrarium velint veteres, vide ibidem *Nro.* 40. Cavendum ergo ab aceto,

& a vino, ubi ſuſpicio eſt ranunculum unum vel alterum comeſtum fuiſſe.

9. Ex 700 igitur herbis ſola acetoſa eſt, quæ mitigat acrimoniam, & inertem reddit, ſi vel cum illis maſticatur, aut contunditur, *vide Nros* 35, 36, 38. experim. ranunculi ſcelerati, non tamen eundem præſtat effectum, ſi ſuccus acetoſæ miſceatur ranunculorum ſucco; vide ibidem *Nrum* 39.

10. Neque acetoſa minuit dolorem a ranunculis excitatum, ſi ſemel partes eroſæ ab acrimonia ranunculorum fuerint, tunc enim eum, ut alia acida, potius auget, vide ibidem *Nrum* 35.

11. Mitigant & dolorem a ranunculis in lingua excitatum, debilius tamen acetoſa, baccæ ribeſiorum immaturæ, etſi acidæ ſint, uti acetoſa 37. Et hoc tamdiu conſtanti experimento manifeſtum fit, quamdiu linguæ ſuperficies adhuc ſana, quemadmodum corollario priore adnotavi.

12.

12. Aqua tamen ex omnibus notis eſt antidotum optimum mitigans, iners reddens ranunculorum venenum acre, vide *Nrum* 28. ibidem, & illud uſibus internis aptum reddens, ut diureſim promoveat, mucoſos humores incidat. Dyſuriam ſenilem ſanare, ulcera pulmonum depurare, venerem effœtam reſtituiſſe, in decrepito 80. annorum ſene obſervavi.

13. Conſiſtit ergo virtus medicata ranunculorum in acri penetrante parte, quæ per artem ſalutaris, omnes partes corporis permeans absque effectu notabili increſcentis caloris, animalium tamen functionum incremento ſuas exerit vires, vide *Nrum* 18. ranunculi bulboſi. A prudentis igitur & ſagacis Medici ſedula obſervatione & in deſperatis morbis applicatione horum ranunculorum, multa exſpectari poterunt, in morbis nonnullis generi humano forte utiliſſima.

14. Duplex effectus a deglutitis ranunculis est, & diverso remedio, per hæc experimenta detecto, curatur. *Primus* est irritatio dolorifica integris adhuc partibus, quam acetosa & aqua curant optime, ibidem 35, 36. *Secundus* est nata erosio, quæ balsamo cedit peruviano ibidem 24, & aquæ tepidæ soli ibidem 25, vel cui blandissima demulcentia, ut althææ radix, mucilago seminum cydoniorum &c. gummi arabicum, terebinthina admista sunt, quorum tria ultima, in lingua erosa etiam pulchrnm levamen mihi attulerunt.

15. Egregium habent usum externum ranunculi, præcipue bulbosus in illis morbis, ubi revulsione, aut derivatione diu perseverante opus est: partim quod hoc faciunt absque magno dolore, omni ergo ætati quam maxime idonei, partim, quod cito effectum præstent, & diu permanentem, partim deniqne quod nec in sanguine circulationis, nec caloris augmentum producant.

16. Et

16. Et ad hæc ranunculus bulbosus vel ideo maxime appropriatus, quia 1mo. ad serum autumnum usque in pratis haberi potest recens, semper acris, & jam primo vere iterum virens, facileque ab omnibus Pharmacopœis coli potest, perstantibus acrimoniæ viribus per culturam non adeo mutabilibus. 2do. vero bulbi facile virides sub sabulo per hyemales menses asservari acres queunt.

17. Posset ergo facile ex usu medico cantharidum usus in vesicatoriis proscribi; multum alioquin incommodum, dolorificum, tardum vesicatorium, neque omnibus morbis, ubi derivatione revulsione opus, accommodum.

18. Non tamen tollunt ranunculi verrucas, nisi valde superficiales sint *Nro.* 13, neque tute perniones decocto foventur, cum vesicas excitet; neque radix sicca sternutatorium est, neque naribus admota dentium dolores levat, ut vult

DIOSCORIDES (a) & GALENUS (b). Saltem ranunculi littorales austriaci & Viennenses id non praestant.

19. Posse tamen psoras, & lepras curare interne sumptos, & eorum decoctum acre tepide instar balnei externe cum prudentia adhiberi, ut GALENUS perhibet, probabile est, & meretur fœda horum morborum facies Medicorum attentionem.

20. Ranunculus bulbosus scelerato potentior, ergo & venenatior. Sardous scelerato acrimonia videtur similis; sed neque in hoc, neque scelerato, ea acrimonia radicibus inest, quæ sternutationem produceret, dum exsiccatæ sunt. Echinatus succum penetrantiorem largitur bulboso, vide *Nrum.* 8. experim. ranunculi echinati. Omnium

(a) Libr. II. *Commentar.* Math. p. 610.

(b) Libr. VI. *simpl. Medic.*

nium acerrimus eſt Breyninus vide obſerv. de hoc ranunculo *Nro.* 1. Illyricus & Napellifolius bulboſo ſimiles; Pthora quoque acrimonia ſceleratum ſuperat, vide de illis experimenta. Ergo potius ſcelerati dicendi ſunt ranunculus bulboſus, Illyricus, Breyninus, Napellifolius, Pthora, & Echinatus demum quoad ſuccum.

F I N I S.

